

LITERÆ CANTUARIENSES.

495.—LITTERA DIRECTA DOMINO JOHANNI DE COBE- 8 Jan.
 HAM, TAXATORI ET COLLECTORI X^{mas} ET XV^{mas} 1333.
 IN COMITATU KANCIA, PRO OVIBUS NOSTRIS DE L. 29 a.
 THESAURARIA NOSTRA ET DE MANERIO DE CLYVE
 NON TAXANDIS.

A seon cher amy et byen ame en Dyeu Munsire The Prior
 Johan de Cobeham, Richard, par la suffraunce de Dyeu asks the
 Priour del Eglyse de Cantebire, salutz, et seynte de Collector
 cors et dalme. Purceoque nous avoms purchace breffs of a tenth
 le Roy, a vous et a vos compaygnons cheffz taxours et and a
 coyllours del disme et xv^{me} le Roy en le counte de fifteenth
 Kent, pur nous et nos tenans, sycome nostre cunseyl to deal
 n(o)us cunseyla; les queux breffs nostre cher et byen favourably
 ame en Dyeu Munsire Johan de Ifeld nostre Sene- with the
 schal vous bailera, sicome nous entendums. Et nos Convent
 in the
 taxation of
 their stock
 at Cliff-at-
 Hoo, and,

495.

To his dear friend and well-beloved in God Sir John
 de Cobham, Richard, by God's permission Prior of the
 Church of Canterbury, greeting, and health of body and
 soul. Whereas we have obtained king's writs, directed
 to you and to your fellows the Chief Taxors and Col-
 lectors of the King's tenth and fifteenth in the County
 of Kent, on behalf of us and our tenants, as our counsel
 recommended us to do; which writs our dear and weil-
 beloved in God Sir John de Ifield, our Seneschal, will
 deliver to you, as we are given to understand. Now as

U 52122. Wt. 9790. A

lest the
tenants
should
pass off
their own
sheep as
those of
the Con-
vent, he
sends the
number of
those on
the manor
belonging
to the
Convent.

berbys, apertenans a nostre tresorie et a nostre manoir de Clyve, sunt taxes en divers hundres par vos sutz-taxours, sicome le portour de cestis vous saverà enfourmer, nous, affians en les grantz amistes et bien-fetz qe vous nous avez fet avant cest heure, pur les queux nous et nostre Covent vous sumes mut tenu, chèrement vous prioms qe as ditz brefs, nous et nos tenans touchantz, save vostre honur, voillez estre favorable. Et purceoqe nous ne volums qe nul de nos tenans, ne autres en ky meyn nos berbys sunt trovez, se puyssse covenir de ces berbys demene taxer, par colur de noz berbys, en deceyte de nostre Seignur le Roy ne de vous; de nos dites berbys vous maundums la summe, la quele est m^m et xiiij. berbys, des queux nous vous prioms qe sanz taxer ou damage aver ordeyne nous soit remedye. Adyeo qi vous save et vous meyntiegn en grant honur. Done a Canturbire le viij. jour de Jenever, etc.

12 Jan. 496.—LITTERA CREDENCLE MISSA DOMINO WILLELMO
 (1333). DE DENOM PRO ATTORNATO NOMINANDO ET
 L. 29 b. FACIENDO.

The Prior, entangled in three law suits, asks a Judge to recognize a person, to be named to him by the Counsel of the Convent, as Attorney for the Chapter. A son treschier amy et bien amez en Dieu Monsire William de Denom, Richard, etc. salutz, et saunte de corps et dalme. Moult vous mercioms de toutz biens et honurs, qe fait nous avez et a nostre Esglise, et unqore frez sil vous plest. Et vous prioms qe crere voillez a nostre chier et bien amez Thomas de Medmenhamme, portour de cestes, et recordier pur nous et pur les noz un attorne le quiel le dit Thomas vous nommera, en troys brefs, ou nous sumes pleintifs en lun, et en les deux defendantz; et foy donier al dit Thomas de chose qil vous dira de par nous, pur le droit de nostre Esglise sauver. Et moult nous peise

Cambridge University Press

978-1-108-05240-5 - *Litterae Cantuarienses: The Letter Books of the Monastery of Christ Church, Canterbury*: Volume 2

Edited by J. Brigstocke Sheppard

Excerpt

[More information](#)

CANTUARIENSES.

3

our sheep appropriated to our Treasury, and our manor of Cliff, are taxed by your Sub-Taxors in separate hundreds, as the bearer of these will be able to inform you, we, trusting to the great friendship and benevolence that you have hitherto showed us, for which we and our Convent are truly bound to you, earnestly pray that you will be pleased to favourably consider these writs which concern us and our tenants, as far as your honour will allow. And because that we do not desire that any of our tenants, nor anyone else in whose hands our sheep may be found, shall by pretext of their being our sheep contrive to have his own sheep taxed (upon our favourable scale), which would be a fraud upon the King and you; we send you the sum total of those sheep which are ours, namely 2,014 sheep, concerning which we beg you to provide relief, not taxing them or causing us to suffer injury. Adieu, &c.

 496.

To his very dear friend and well-beloved in God Sir William de Denom, Richard, &c., greeting, &c., and health of body and soul. We thank you exceedingly for all the benefits and honours which you have already done to us and to our Church, and which, may it please you, you will do in the future. And we beg that you will give credit to our dear and well-beloved Thomas de Medmenham, bearer of these, and enter for us and ours the name of an attorney, whom the said Thomas will name to you, in three writs, in one of which we are plaintiffs, and in the other two defendants; and give credence to the said Thomas in what he shall say to you,

A 2

Cambridge University Press

978-1-108-05240-5 - Literæ Cantuarienses: The Letter Books of the Monastery of Christ Church, Canterbury: Volume 2

Edited by J. Brigstocke Sheppard

Excerpt

[More information](#)

que nous avoms si pou daqeintaunce de vous, par defaute dentreparlance entre nous, de quey il serra adresse¹ si nous vous puissions une foith parlier, dont vous prioms si vous vienez en noz parties que a nous venier voillez com al vostre, de quey nous serroms joyous, et lee de laqueintaunce especialment affermier. A Dieu, etc. Done a Canterbire le xij. jour de Janivoir.

12 Jan.
(1333).

L. 29 b.

A letter of similar tenor addressed to another counsel of the convent.

497.--LITTERA MISSA DOMINO ADÆ DE STANGRE PRO EODEM NEGOTIO.

Salutem in Auctore salutis. Pro utilitate vestri laboris et efficacis amicitiae, quæ nobis et Ecclesiae nostræ frequenter solatium relevationis afferebat, vobis gratiarum actiones referimus cumulas; ex affectu vos rogantes, quatinus dilecto nostro Thome de Medmenhamme, latori præsentium, fidem indubiam adhibere velit, in hiis quæ vobis dicet ex parte nostra quoad quosdam attornatos pro nobis, si placet, per vos nominandos. Valete in Christo. Dat. ut supra.

12 Jan.
(1333).

L. 29 b.

The Prior thanks a lawyer for favours conferred in connexion with the business of the Convent.

498.—LITTERA REGRATIONIS MISSA DOMINO ELYE DE GRYMMESBY PRO LABORE ET EXPENSIS NOBIS FACTIS.

Salutem, etc. Pro utilitate, etc. *ut patet in proxima littera supradicta usque ad illud verbum cumulas*, et præcipue pro labore et expensis vestris factis circa xvj. brevia regia, nuper pro nobis, non nostris meritis sed vestra continua benignitate, per vos perquisita pro salvatione juris Ecclesiae nostræ; quæ brevia una cum litteris vestris per nuntium nostrum nobis transmisistis,

¹ *redresse?*

Cambridge University Press

978-1-108-05240-5 - *Litterae Cantuarienses: The Letter Books of the Monastery of Christ Church, Canterbury*: Volume 2

Edited by J. Brigstocke Sheppard

Excerpt

[More information](#)

on our part, and for the salvation of the rights of our Church. And it grieves us greatly that we have so little personal knowledge of you, from lack of opportunities of conversing, for which there will be a remedy if once we can speak with you; hence we beseech you, that if ever you come into our parts, you will please to come to us as to your own; whereof we should be rejoiced, and especially glad to draw closer the bond of our acquaintance. Adieu, &c.

nos vobis specialiter obligantes. Valete in Christo, nobis cum fiducia rescribentes vel mittentes, si aliqua vos concernant quæ per nos valuerint feliciter expediti. Dat. ut supra.

499.—RESPONSIO LITTERÆ DOMINI JOHANNIS CICES- 16 Jan.
TRENSIS EPISCOPI DE UNO CALICE AMALLATO (1333).
AD FERETRUM BEATI THOMÆ MARTYRIS PER L. 29 b.
IPSUM OBLATO.

Venerabili in Christo Patri Domino Johanni, Dei John de
gratia Cicestrensi Episcopo, Ricardus, permissione ejus- Langton
dem Prior Ecclesiæ Christi Cantuariensis, salutem, et Bishop of
quicquid reverentiæ potuerit et honoris. Litteras Chichester
vestræ reverendæ paternitatis recepimus xvj^o die is thanked
Januarii circa horam nonam, per Dominum Thomam for a
de Scarles clericum vestrum; quibus, coram nobis et precious
fratribus nostris in Capitulo nostro, statim post earum chalice
receptionem, perlectis, recepimus a dicto Domino offered for
Thoma unum calicem pretiosum, ad feretrum Beati him at
Thomæ Martyris nomine vestro oblatum; quo the Shrine
mediate pro salute vestra, Ipso juvante qui est omnium of St.
vera salus, ad altare dicti feretri in missis celebrandis Thomas.
temporibus succedentibus, juxta vestræ voluntatis
affectum, summo Regi preces salutare specialiter offer-
rentur. Valeat et vigeat vestra benigna paternitas in

Domino per tempora diutina. Datum Cantuariæ xvj^o
 die Januarii supradicto.

(Jan. 1333.) 500.—LITTERA DIRECTA MAGISTRO THOMÆ DE FOXTON
 L. 29 b. SUPER QUIBUSDAM NEGOTIIS IPSUM CONTINGEN-
 TIBUS, INTER NOS ET EUNDEM MODO PRIVATO
 PROLOQUUTIS.

The Prior alludes mysteriously to some favour which he has hoped to obtain for Thomas de Foxton, but in which he has hitherto been disappointed.

Salutem in salute vera. Recepimus litteras vestras in Vigilia Epiphaniæ Domini, quibus inspectis et intellectis, incepimus considerare quædam personam vestram concernentia, quæ inter nos, sicut scitis, modo privato nuper fuerant proloquuta; pro quibus modo secretiori et convenientiori, nostros confratres seniores sæpe probantes et examinantes, studuimus laborare; sed ex labore nostro, juxta nostri desiderii affectum, optatus et efficax effectus nullatenus generatur. Nec adhuc potuimus allicere confratres nostros ut voluntas vestra, nobis viva voce vestra secretius intimata, efficaciter impleatur. Hac ratione, nos, unitatem fraternæ caritatis quoad vestram petitionem expectantes, vobis temporibus retroactis non scripsimus, secundum quod inter nos fuerat ordinatum. Valet, etc.

18 Jan. 1233. 501.—LITTERA MISSA JACOBO FRYSEL DE GRATIA
 L. 30 b. FACIENDA TENENTIBUS NOSTRIS DE HALTON PRO
 SUO JURAMENTO NOBIS FACTO NON OBSERVATO.

The tenants of Risborough, having broken their sworn promise, ask for indulgence which the Prior refuses.

Salutem etc. Recepimus litteras vestras quas bene intelleximus, et consulimus tenentibus nostris de Halton, qui venerunt ad nos, sicut scitis, pro gratia habenda, ut ad(h)irent Pœnitentiarium pro suo juramento, nobis prius facto, non observato, et ipsi annuebant nostræ voluntati. Postea, juxta consilium vestrum, recepimus a dictis tenentibus novum juramentum, quærentes ab eis pro sua transgressione quadraginta

marcas; ipsi vero quæsierunt relaxationem; nos respondimus, quod nichil relaxare vellemus antequam constaret nobis de eorum gestibus futuris temporibus melioratis. Hæc diximus ad terrorem, discretioni vestræ correctionem vel punitionem prædictorum tenentium totaliter relinquentes. Dat. Cantuar. xviiij^{mo} die Januarii, anno Domini M^oCCC^oXXXIJ^o.

502.

22 Jan.
1333.

Memorandum: quod xxij^o die Januarii, anno Domini M^oCCCXXXIJ^o misimus, per Petrum nuntium nostrum, Domino Johanni Lange, Militi, civi Parisiensi, unam acquietantiam sigillo præposituræ Parisiensis signatam, in qua continebatur: quod dictus Dominus Johannes Lange recepit a Domino Edwardo, Dei gratia Rege Angliæ a conquesto tertio, centum libras sterlingorum, per manus religiosorum virorum Prioris et Capituli Ecclesiæ Christi Cantuariæ. Et memorandum quod hujusmodi recognitio receptionis fuit vocalis sed non realis.

A feigned receipt given in the matter of the wine of St. Thomas. On the face of it it appeared that the Exchequer had paid to the Convent a hundred pounds on

account of a debt owing by the King to Launge, which the latter acknowledged as a payment on account. But this payment never took place.

503.--LITTERA MISSA DOMINO SIMONI ARCHIEPISCOPO DE NEGOTIO P. DE DENE ET DE MORTE J. DE DENE.

4 Feb.
(1333).
L. 30 l.

Quicquid potuerit obedientiæ, reverentiæ, et honoris. Pater reverende, Magister Willelmus de Renham et ego accessimus, xiiij^o die Novembris ultimo præterito, ad Monasterium Sancti Augustini Cantuariæ, pro informatione habenda super statu Petri de Dene, juxta mandatum apostolicum nobis directum; et ibidem fecimus monitiones sub certa forma, quam, una cum processu nostro et aliis actibus dictum Petrum contingentibus, vobis ex parte mea lator præsentium

The Prior goes over the history of his visit to St. Augustine's in the matter of Peter de Dene, and he asks the Archbishop

to press
 his co-
 executor
 to come
 to Canter-
 bury to
 put an end
 to the
 business.

demonstrabit. Et quia, sicut scitis, scribitur: “omnia cum consilio,” etc. humiliter supplico paternitati vestræ, quatinus præcipere velitis clericis vestris ut dictum processum vestrum, unacum aliis actibus hujusmodi processum concernentibus, diligenter examinentur. Quibus examinatis, michi, vestro, dignemini renunciare qualiter securius et melius fuerit procedendum in negotio memorato; scientes quod collega meus multipliciter se excusat, quod non valet hac vice mecum procedere ad exequendum finaliter mandatum apostolicum nobis pro dicto negotio transmissum. Et ideo, si placet, excitetis dictum Magistrum Willelmum per litteras vestras, ut, prætermisissis suis excusationibus, ad Cantuariam accedat, mecum ulterius in dicto negotio, juxta juris exigentiam, processurus. Valeat vita vestra in Christo, qui propicietur animæ Johannis de Dene qui, die Jovis proximo ante festum Purificationis proxime præteritum, diem suum clausit extremum; per cujus decessum officium senescalliæ Aulæ Hospitum Ecclesiæ vestræ ad præsens vacat, ubi habetis alium Senescallum præficere, juxta arbitrium vestræ voluntatis. Dat. Cantuar. iiij^{to} die Februarii.

(Feb.
 1333.)

504.—ALIA LITTERA MISSA MAGISTRO W. DE RENHAM
 DE EODEM NEGOTIO.

L. 30 b.

The co-
 executor
 is begged
 to come
 to Canter-
 bury to
 end the
 affair of
 Peter de
 Dene, a
 copy of
 Peter's re-
 cantation
 being en-
 closed in
 the letter.

Salutem in vera salute. Recepimus nuper litteras vestras, quibus intellectis, vocavimus consilium nostrum, cum quo consideravimus de modo ulteriori procedendi in negotio concernente P. de Dene, et, tractatu præhabito, videtur nobis, quod tutius et honorabilius possemus in præsentia vestra quam absentia declinare at Monasterium Sancti Augustini pro executione negotii supradicti; et ideo ex affectu vos rogamus, quatinus, quamcitiùs commode potueritis, accedere velitis ad nos apud Cantuariam vos expectantes; ut sic quæ per nos aliquialiter fuerant inchoati, per nos

Cambridge University Press

978-1-108-05240-5 - *Litterae Cantuarienses: The Letter Books of the Monastery of Christ Church, Canterbury*: Volume 2

Edited by J. Brigstocke Sheppard

Excerpt

[More information](#)

etiam feliciter finiantur. Adhuc mittimus vobis copiam
 ejusdam sermonis, præsentibus interclusis, quem P. de
 Dene, die Sancti Blasii proximo præterito ante pran-
 dium, prædicavit in choro Monasterii Sancti Augustini
 supradicti, coram notario et aliis personis, tam clericis
 quam secularibus, in multitudine copiosa; quam copiam
 demonstretis, si placet, Officiali Curiae Cantuariensis,
 et Decano de Arcubus si decreveritis hoc esse facien-
 dum. Valete, etc. Tenor vero sermonis supradicti
 talis est:

In nomine Dei, Amen. Ego Petrus de Dene, monachus Monasterii Sancti Augustini Cantuariæ, fateor me nec vim nec metum passum, nec vi nec metu ductum esse, sed ab omni vi et metu liberum in præsentia.

The text
 of Peter
 de Dene's
 recanta-
 tion.

Item: fateor me monachum in ordine Sancti Benedicti, et Monasterio Sancti Augustini Cantuariæ canonice professum fuisse et esse in præsentia.

Item: protestor me nolle a statu monachali nec a professione mea hujusmodi recedere, nec ipsum nec ipsam impugnare de cetero quovismodo.

Item: non obstante vi vel metu quocunque, si quæ vel quis tempore professionis hujusmodi, ante, vel post, michi illatus extiterit, propter quod professio mea hujusmodi calumpniari, vel quicquam ejus formæ vel effectui derogari possit vel impingi, ipsam professionem approbo et ratifico in hiis scriptis.

Item: proclamationibus seu protestationibus de statu meo monachali ad statum secularem per me a tempore professionis hujusmodi factis, necnon provocationibus et appellationibus, querelis, litteris apostolicis impetratis vel impetrandis, ac processibus quibuscunque, per me seu alium nomine meo, habitis, factis, seu interjectis, et specialiter litteris apostolicis in Curia Romana

nomine meo impetratis, ac Domino Priori Ecclesiæ Christi Cantuariensis, Magistro Willemo de Renham Canonico Londoniensi, et Officiali Cantuariensi, in hac parte nuper directis, pure, sponte, libere, et absolute renuntio per præsentis. Et juro ad hæc sancta Dei Evangelia, per me corporaliter tacta, me omnia et singula præmissa perpetuis temporibus firmiter observaturum.

(Feb.
1333.)
L. 31 a.

505.—LITTERA MISSA FRATRI THOMÆ GUODWYNESTON DE QUADAM EXECUTIONE FACTA PER DOMINUM ICHERIUM CONTRA DOMINUM ARCHIEPISCOPUM PRO AUGUSTINIENSIBUS, ET DE QUADAM INHIBITIONE; AC DE MORTE J. DE DENE, ET DE NEGOTIO P. DE DENE.

The Archbishop's resident monk is reminded of the sentence which hangs over the Archbishop on account of the unpaid costs of his suit with St Augustine's. And a report follows of the recantation made in the choir of St. Augustine's by Peter de Dene.

Salutem. Non recessit a memoria qualiter, die Veneris proximo ante festum Purificationis Beatae Mariæ, contra Dominum Archiepiscopum factæ fuerunt quædam monitiones, quæ continebantur in processu Domini Icherii, cujus processus copiam non possumus habere Domino nostro communi transmittendam: virtus tamen processus, sicut intelleximus a quodam viro discreto quem non latet hujusmodi processus, talis est: *Monebatur Dominus Cantuariensis, die Veneris proxime supradicto, quod infra xxx. dies satisfaciat Augustinensibus de septingentis libris, et si non fecerit sit suspensus ab ingressu ecclesiæ; et si per alios xxx. dies non satisfecerit, etc. sit suspensus a divinis; tertio, si per alios xxx. dies sequentes non satisfecerit, etc. sit excommunicatus.* Hæc vobis scribimus, consilio Domini nostri, et ulterius, si fuerit expediens, Domino nostro, notificanda. Et quia inter nos fuit loutum de quadam inhibitione quam Dominus habet penes se, ut credimus, cujus copiam habere multum affectamus, volumus quod vos faciatis copiari dictam inhibitionem,